Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

tue uirginis sollemniter celebremus. Quo inchoa. Cum beata uirgo maria fructum pregnationis exhibuit. integritatis dispendium non incurrit. Apud quam. ita celestis prudentia negocii ipsius editionem disposuit. ut magis obedientiam exhiberet in mandato. cum honorificentiam suam agnosceret exemplo. R. Corde et animo xpisto canamus gloriam in hac sacra sollemnitate precelse genitricis dei virginis marie ut ipsa intercedat pro nobis ad dominum. V. Cum iocunditate natiuitatem sancte marie sollemniter celebremus. Ut ipsa. Igitur neque enim fidem derogat nuncii. quae dignitatem intellegit nuncianti sibi angelo et dicenti. spiritus sanctus superueniet in te. et uirtus altissimi obumbrabit tibi. ideoque et quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei. Credidit ammonita. quod audiuit. meruit sanctificata quod credidit. Denique tantum se de celi fastigio subleuauit. ut uerbum in principio apud deum. id est dei filium. de summa celi arce susciperet. R. Regali ex progenie maria uirgo exorta refulget cuius precibus nos adiuuari mente et spiritu deuotissime poscimus. V. Corde et animo xpo canamus gloriam in hac sacra sollemnitate precelse genitricis dei. Cuius precibus.

Cumque per mysticum diuinitatis archanum. carni nostre fragilitatique commisceretur. latuit in homine diuinitas. ut diuinitati humanitas non periret. Et sub uelamento assumpte carnis abscondit. precioso redemit perditos. quam si defensa sit ab imminenti hoste captiuitate. In inmensa pietate et super quam fari possit predicanda maiestate. uiscera puelle aura sancti spiritus replebantur. Innupte uirginis uulua. uerbi semine crescente turgebat. R. Solem iustitie regem paritura supremum. Stella maria maris hodie processit ad ortum. V. Cernere diuinum lumen gaudete fideles. Stella. Ad cant.

A. Adest namque natiuitas sacratissime uirginis que ex regali progenie genita genuit xpm regem dominum ipsa intercedat pro peccatis nostris. V. Dilexisti iusticiam.

LIBER generationis ihu xpi. Lectio .v. S. Euangelii secundum Mattheum. Filii dauid. filii abraham. Et reliqua. OMELIA. B. GREGORII. PP.

Querendum est quare sic exorsus est euangelista. liber generationis. Nouerat enim scriptum. liber generationis ade. Ideo ergo sic cepit ut obponeret librum libro. et adam nouum. ade ueteri. ut manifesta